



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...

Tractatus IV. Præliminaris. Ad Præcepta Secundæ Tabulæ De Justitia, &
Restitutione in communi

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Approbatio II.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59506)

APPROBATIO II.

Cum hæc Quarta Pars *Theologiæ Moralis, super Decalogum, & PRÆLIMINARIS ad Præcepta Secunda Tabule de Justitia & Restitutione in Communi* conscripta per M. V. P. PATRITIVM SPORER, Ord. FF. Min. Recoll. Almæ antiquissimæ Provinciæ Argent. SS. Theol. Lect. Jubilæum non solum nihil bonis moribus, aut S. Fidei contrarium habeat, sed doctrinam moralem laborioso studio collectam, ab animarum verò Curatoribus, vel maximè in praxi quasi sine labore applicandam contineat, dumquod vel communiter legere non pigeat, ideo in publicam lucem meritissimè prodeat. Ita sentio ex nostro Salisburgensi Conventu 4. Novembris 1686.

F. RODERICUS SCHNABL,
ejusdem Ordinis & Provinciæ in præfato Salisburgensi Conventu SS. Theologiæ Lector Ordinarius.

APPROBATIO III.

LEgi, & relegi attentè etiam hunc *Tractatum IV. Theologiæ Moralis super Decalogum, PRÆLIMINAREM ad Præcepta Secunda Tabule*, à M. V. P. PATRITIO SPORER, Ord. FF. Min. Recoll. Almæ nostræ Provinciæ Argent. Lectore Jubilæo singulari industria, & labore conscriptum: qui cum Orthodoxæ Fidei, & bonis moribus maximè consonus, mira doctrinæ claritate, & soliditate ad reliquam obscuram, & implexam materiam Justitiæ, in & à limine ingressum, & viam adornet facillimam, omninò claram, & solidam, dignissimus est, ut omnibus Justitiæ amatoribus, & viam mandatorum Dei currentibus publicè monstreretur, & ab eis sedulò calceretur. Ita censeo ex Conventu nostro Salisburgensi 4. Nov. 1686.

F. DEMETRIUS WIDMANN,
ejusdem Ordinis & Provinc. in præfato Conventu Salzburg. SS. Theol. Lector Ordinarius.